



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Preceptoriu[m] Nico. [de] Lira ordinis seraphici Francisci/
siue Expositio tripharia breuis vtil[is] in decalogu[m] legis
diuine**

Henricus <de Frimaria>

Nicolaus <de Lyra>

Colonie, 19.05.1495

De ira q[uod] est tertiu[m] peccatu[m] mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31207

De inuidia. De ira.

quoniam desiderat malum alienum. et nolle bonum alienum propter eius inuidiam. Item quoniam quis susurrat in occulto de recundia proximi sui ut diffinet proximum apud homines sibi equalis in virtute reputetur. Item quoniam in publico detrahit honori. et reputationi proximi vel verecundiam sibi inferendo verecundando eam coram hominibus ut proximus despiciatur. ne possit reputari equalis sibi in fama vel aliqua virtute. Item quoniam quis impedit ne bonum aliquod perueniat ad proximum. siue faciat hoc cum verbis siue cum opere per se vel per alium. Et his et similibus modis committitur peccatum inuidie quod est mortale peccatum.

Ira quod est tertium peccatum mortale.

Ira est tertium peccatum mortale quod est contra cetera delicta mortalia nocivum tantum proprio subiecto. id est ipsi homini irascendo contra proximum contra quem irascitur. Sibi enim nocet nimis. quoniam facit hominem perdere rationem ad discernendum verum. Unde facit quodammodo hominem effici bestiam et animal brutum quod caret ratione. Nocet etiam primo propter mala que iratus homo facit contra proximum suum. Committitur autem hoc peccatum multis modis. Primo quoniam quis de facili irascitur et facit libenter questionem cum proximo vel cum verbis vel cum factis. Item quoniam quis de facili turbatur in melle sua et provocat ad iram. Et hoc vulgariter dicitur spasma. quasi hinc toxicum in melle sua. Item quoniam quis insurgit de facili in contumeliam siue iniuriam proximi sui cum iniuriis et blasphemis. Item quoniam quis occidit vel mutilat alium quod merito ex animo turbato ad offendendum proximum. Item quoniam quis ex ira blasphematur nomen dei. et aliorum sanctorum.

De accidia

vel fidem sine aliud nomen venerabile. Et his similibus modis committit peccatum ire quod est mortale.

De accidia quod est quartum peccatum mortale.

Accidia quod est quartum peccatum mortale. Et hoc est valde triste et reprehensibile peccatum. Cum enim deus dederit nobis sensus corporis.

videlicet pedes et manus et cetera. ut laborare possimus et exercitare nos in hoc mundo in quo positi sumus et tamen in tristitia et inertia consumimus vitam nostram sine aliquo exercitio laudabili. valde in nobis reprehensibile est. **N**am formica que est animal brutum absque ratione. et paruum preter cetera animalia. nullas quasi vires corporis habens tamen semper laborat ad victum quanto magis et nos que rationem habemus et intellectum. non debemus inuacuum gratiam deire cepisse.

Et hoc peccatum committit multis modis. **E**t primo quando quis stans ociosus cogitat malum. et cogitat quomodo possit suam malam machinationem producere ad effectum. Item quando quis per suam pigritiam non confidit multa bona facere que tamen facere possit sed tamen propter pigritiam suam non ponit se ad faciendum illa. **I**tem quando homo non satisfacit officio ad quod tenetur. et hoc facit propter inertiam et pigritiam suam. et hoc maxime est considerandum apud clericos qui non debent propter pigritiam dimittere horam officii sui. Item quando homo efficitur tristis ad bonum peragendum propter longum otium.

Et quando homo stans sine exercitio cogitat malas cogitationes circa res illicitas. His autem et similibus modis committit peccatum accidie. quod est mortale peccatum. et est nobis cavendum.